



Per.
Lat
020

Moderator ephemeridis STEPHANUS SZÉKELY DR.
Budapestini, Üllői-út 71., ad quem epistolae et
□□□□□□ manuscripta mittantur. □□□□□□

Administrator ephemeridis ADALBERTUS DANCZEL.
Budapestini, VIII., József-körút 48., ad quem
□□□□ pecuniae quaecunque dirigantur. □□□□

Prodit Budapestini Calendis et Idibus cuiusque mensis, excepto Iulio et Augusto. — Pretium annuae subscriptionis: 4 coronae, semestris 2 coronae, extra Hungariam annuae 5 coronae, 5 M., 5 fr. 25 c.

Valete!

Novi¹ Eboraci¹ res, quae ad² parvulorum² salutem² pertinent, propalam³ collocatae³ sunt. Hac statuā, quae ibidem⁴ cernitur,⁵ aperte demonstratur,⁶ quid sibi res collocatae velint:⁷ a parvulis imbecillis⁸ egestatem,⁹ curas, morbos, omnia mala arcere.¹⁰

Nos, parentes et magistri, nos quoque arcere volumus vobis omnia mala, ne tristem agatis pueritiam neve quidquam habeatis, cuius vos provectiore¹¹ aeta-



te iure paeniteat.¹² Nunc, cum post decem mensium laborem portae scholarum clauduntur, ut et magistri et discipuli otia¹³ dulcia peragant,¹³ IUVENTUS omnibus suis amicis vele dicit sperans, fore ut novo 1911—1912. anno ineunte omnes refectos¹⁴ hilaresque¹⁵ rursus conveniat.¹⁶

Ut vos reficere¹⁴ possitis, opus¹⁷ erit

¹ New-York ² a kicsinyek gondozására ³ kiállít ⁴ ugyanott ⁵ lát ⁶ bizonyít ⁷ céloz ⁸ gyenge ⁹ nélkülözés ¹⁰ távortart ¹¹ haladott ¹² megbán ¹³ nyugalmat élvez. ¹⁴ felüdülve ¹⁵ derülten ¹⁶ (szembe talál), találkozik ¹⁷ szükségés

vobis multā luce, aquā aëreque. Quod quo¹⁸ facilius memoriā teneatis, en vobis decem praecepta¹⁹ valetudinis trado: 1. Fenestras²⁰ cubiculi²¹ mei die noctuque apertas²² habebō, ne tam facile frigus²³ recipiam.²³ 2. Os²⁴ manusque assidue²⁵ pura mihi erunt. 3. Ad cenam non ibo prius, quam mihi manus lavo.²⁶ 4. Quotidie mane²⁷ e²⁸ lectulo²⁸ surgens²⁸ et cubitum²⁹ iens mihi os lavabo dentesque fricabo.³⁰ 5. Bis saltem³¹ in³² hebdomadem³² frigidā³³ lavabor.²⁶ 6. Per nasum³⁴ semper spiritum³⁵ ducam³⁵ ore praecloso.³⁶ 7. Tus-siens³⁷ vel sternutans³⁸ sudarium³⁹ ante faciem⁴⁰ tenebo. 8. Nunquam in pavimen-

tum⁴¹ aut in viae marginem⁴² sputabo.⁴³ 9. Semper cibos lentissime⁴⁴ mansos⁴⁵ demittam.⁴⁶ 10. Omnes meos diligam et aestimabo ac quotidie aliquid⁴⁷ boni⁴⁷ humanique faciam.

Qui his praeceptis usus erit, ab omnibus bonis probabitur,⁴⁸ et quod plurimum valet, a se ipso. Hanc animi hilaritatem⁴⁹ omnibus vobis precatur IUVENTUS.

Valete!

18 hogy annál 19 parancsolat 20 ablak 21 szoba
22 nyitva 23 meghűl 24 száj 25 mindig 26 mos
27 reggel 28 fölkel 29 feküdni 30 dörzsöl, kefél
31 legalább 32 hetenkint 33 sc. aquā 34 orr 35 lélek-
zetet vesz 36 becsuk 37 köhög 38 tüszent 39 zseb-
kendő 40 arc 41 a föld 42 gyalogjáró 43 köp 44 igen
lassan 45 mando (3) megrag 46 lenyel 47 valami jó
cselekedet 48 helyesel, dicsér 49 derű.

Vox Vatis.¹

Scriptis Michaël Vörösmarty. — Latine reddidit Josephus Irsik.

Tu patriae constanter es²
Fidelis, Hungare;
Haec cunae,³ moxque tumulus
Vitae⁴ soluta⁴ re.⁴

Hanc⁵ extra⁵ in mundo maximo
Locus non est tibi;
Felix, afflictus: hic debes
Et vivere et mori.

Haec terra est, in qua totiens
Patrum sanguis fluit;
Haec, cum qua sancta nomina
Aevum⁶ connexuit.⁷

Hic sedes⁸ expugnaverant
Heroes Arpadi;
Servile fregit hic iugum
Dux fortis Hunyady.

Libertas! signa⁹ sanguine
Madedant¹⁰ hic tua;
Ceciderunt hic optimi
Pugnā perpetuā.

At in tantis periculis,
Post tot discrimina
Exstat defecta,¹¹ fracta non,
Gens hac in patria.

Et ad te, munde gentium,
Vocem tollit gravem.¹²
«Millennii poscit dolor
Vitam aut summam¹³ diem!»¹³

Tot corda frustra sanguinem
Fudisse¹⁴ non licet;
Sors¹⁵ frustra rupta pectora
Maerore non sinet.

Voluntas sancta, mens, vires
Fati sub onere
Incassum¹⁶ certe nequeunt
Diu tabescere.¹⁷

Debet venire, veniet
Saeclum felicius,
Quod orant¹⁸ nostrum milia
Devotis¹⁹ precibus.


Sin²⁰ est necesse, veniet
Mors augustissima,²¹
Ubi gentem sepeliet
Cruenta patria.

Assistent gentes funeri
Gentis plorabilis,²²
Et oculi myriadum
Madescent¹⁰ lacrimis...

Esto fidelis patriae
Constanter, Hungare;
Haec alma²³ nutrix, haec teget
Lapsum²⁴ te pulvere.

Hanc extra⁵ in mundo maximo
Locus non est tibi;
Felix, afflictus: hic debes
Et vivere et mori.

1 dalnok 2 légy 3 bölcső 4 az élet tartozásának
lerovása után 5 extra hanc 6 öröklét 7 összeköt
8 haza 9 zászló 10 ázik 11 megfogyva 12 komoly
13 utolsó nap = halál 14 kiont 15 sors non sinet, pectora
maerore rupta esse 16 hiába 17 senyved 18 kér
19 buzgó 20 ha azonban 21 fenséges 22 megsiratandó
23 tápláló 24 ha elbuktál.



LECTORIBUS MINIMIS.

De Solone et Croeso. II.

Postquam Solon loquendi¹ finem fecit, Croesus rursus² eum interrogavit, quem praeter³ Tellum vidisset felicissimum, sperans⁴ se secundum fore. At Solon commemoravit⁵ Cleobim et Bitonem, adulescentes Argivos, qui postquam matrem, Iunonis sacerdotem in templum vexerunt,⁶ pro pietate a diis id praemium acceperunt, ut eadem horā utrique morerentur.

Tum Croesus iratus: Hospes Atheniensis — inquit — mea felicitas tam parva tibi videtur, ut tam ignotos⁷ homines mihi praeponas?⁸ Respondit Solon: O rex, multi homines iucunde vivunt, sed non feliciter vitā decedunt; is autem solus beatus praedicetur,⁹ cui utrumque obtigerit.¹⁰ Itaque nemo mortalium ante mortem beatus est.

His verbis auditis rex Solonem iratus dimisit, ut¹¹ hominem stultum, qui praesentia bona pro¹² nihilo¹² aestimaret.

Eodem tempore, quo Croesus in Lydia regnabat, Cyrus regnum Persarum condidit,


quod nimis auctum¹³ Croeso periculosum esse coepit. Bellum igitur inter duos reges ortum est. Diu ancipiti¹⁴ Marte¹⁴ pugnaba-



tur, donec Sardes, urbs Croesi expugnata, ipse autem captus est.

Croesum captum Persae ad Cyrum regem adduxerunt, qui eum vinctum¹⁵ rogo¹⁶ imponi iussit cumque eo quattuordecim Lydos

¹ beszéd ² ismét ³ -n kívül ⁴ sperans se . . . fore remélve, hogy ő . . . lesz ⁵ említ ⁶ veho szállít ⁷ ismeretlen ⁸ elébe tesz ⁹ kijelent ¹⁰ osztályrészül ¹¹ mint ¹² semmire ¹³ meggyarapodva ¹⁴ kétés hadi szerencsével ¹⁵ megkötözve ¹⁶ rogos máglya



Pictura correcta.

Qui praeter ludos aliis¹ quoque studet,¹ Petrum Paulum *Rubens* unum e maximis Bataviae² pictoribus fuisse cognovit. Cuius unaquaeque pictura hodie talenta³ valet,⁴ neque ipsius tempore parvo pretio venditabatur.⁵

Rubens et praeclarus et inclitus⁶ et magni nominis habebatur, quem ita adibant disci-

puli, sicut fontem veritatis. Artifex assidue⁷ impigreque docebat atque instituebat⁸ eos. Tum demum se⁹ receptit⁹ et⁹ abdidit,⁹ cum ad pingendum incitabatur.

Aliquando solito¹⁰ diutius¹⁰ se⁹ a conspectu discipulorum removit,⁹ qui cogitare non poterant, quid ageret. Tandem sub vespere unius diei ex officina¹¹ discedens dixit servo clave¹² traditā: «Picturam confeci; sed sicari¹³ debet. Cras eam discipulis monstrabo; antea aspici non licet». His dictis discessit.

Discipuli videndae picturae studio¹⁴ con-

¹ mással törődik ² Hollandia ³ ezreket (egy talentum körülbelül 6000 korona) ⁴ ér ⁵ áruba kerül ⁶ ismert ⁷ folytonosan ⁸ oktat ⁹ félrevonul ¹⁰ a szokottnál hosszasan ¹¹ műterem ¹² kulcs ¹³ szárad ¹⁴ kíváncsiság

adolescentes. Croeso autem, in rogo stanti illud¹⁷ Solonis in mentem venit, neminem¹⁸ ante mortem beatum esse. Ex imo¹⁹ pectore¹⁹ regis vox edita ter Solonem vocavit. Cyrus, qui hanc vocem audivit, per interpretes²⁰ eum interrogavit, quis ille esset, quem vocaret. Tum Croesus: Is est — inquit — quocum colloqui omnibus regibus melius est, quam magnos thesauros²¹ habere. Solon enim Atheniensis vir sapiens, qui longinquas peregrinationes suscepit,²² olim ad me venit, ut mores instutaque Lydorum cognosceret. Postquam omnes meas divitias ei ostendi, interrogavi, nonne beatus essem; at Solon eas pro¹² nihilo¹² putans dixit ante mortem neminem beatum esse.

Cyrus, cum ab interpretibus audivisset, quae Croesus dixerat, eum servare instituit.²³ Itaque celeriter ignem exstingui²⁴ et Croesum eosque, qui cum eo impositi erant rogo, deduci mox vinculis liberatum sibi²⁵ assidere iussit. Rex ipse et omnes, qui aderant, magnum ei honorem²⁶ tribuerunt.

Verba publica.

Qui alteri exitium²⁷ parat, eum scire oportet sibi paratam pestem.²⁸ — Quid iuvat²⁹ amisso³⁰ claudere saepta³¹ grege? — Quid iuvat aspectus,³² si non conceditur usus? — Quidquis agis, prudenter agas et respice³³ finem! — Quidquid delirant³⁴ reges, plectun-

quiescere¹⁵ nequiverunt, itaque servum pecuniā corruerunt,¹⁶ ut sibi exiguum¹⁷ temporis¹⁷ picturam inspicere liceret.


Portae patefiunt,¹⁸ neque officina clausa mansit. Discipuli celerrime irrumpunt, sed dum artis¹⁹ opus¹⁹ mirantur, unus dilabitur²⁰ et infelix in ipsam tabulam cecidit detergens²¹ caput brachiumque dextrum recens²² pictum.

Eheu! Cerberus delirans²³ iuravit neminem ex officina tam diu emissurum, donec pictura corrigatur. Ad²⁴ matutinum²⁴ parata esto, ne quis malo²⁵ afficiatur.²⁵

Pueri dubitant haesitantque.²⁶ Tum procedit adolescens quidam flavus,²⁷ imberbis²⁸ et: conabor²⁹ picturam corrigere — inquit — atque in officina se concludit, quam primo³⁰ mane³⁰ relinquit.

tur³⁵ Achivi.³⁶ — Quidquid id est, timeo Danaos et³⁷ dona ferentes.³⁷ — Quidquid sub terra est, in³⁸ apricum³⁸ proferet aetas. — Quid vesper³⁹ ferat, incertum est. — Quieta⁴⁰ non movēre. — Qui laborat, orat. — Quilibet suae fortunae faber.⁴¹ — Qui nimium⁴² probat,⁴³ nihil probat.

17 illud sc. dictum 18 hogy senki 19 keble mélyéből 20 tolmács 21 kincs 22 «tett» 23 elhatároz 24 kiolt 25 maga mellé 26 tisztelet 27 veszedelmet 28 «baj» 29 «ér» 30 = postquam grex amissus est 31 jubszállás 32 látás 33 tekintetbe vesz 34 őrzöng 35 lakol 36 görög (ha a nagyok veszekednek, a kicsinyek isszák meg a levét) 37 et... ferentes még akkor is, ha... (a hízegő ellenségtől óvakodjál!) 38 napfényre 39 est 40 a nyugodtakat (ami nyugszik) 41 kovács 42 túlságos sokat 43 helyesel, bizonyít.



Quomodo mihi telephonum simplex fabricaverim? E chartā,¹ mediocriter¹ densatā¹ duo pocula, haud ita magna conglutinantur.² Quorum fundi³ perforantur⁴ ita, ut filum⁵ solidum traici⁵ possit, quod singulis bacillis⁷ intus alligetur.⁸ Longitudo fili viginti metra assequi⁹ immo egredi¹⁰ potest. — Qui e longinquo collocuturi sunt, singula pocula capiunt et alter ab altero

1 középvastagságú hártypapír 2 összeragaszt 3 fenék 4 átfúr 5 fonal 6 keresztülhúz 7 fáska 8 megköt 9 elér 10 meghalad

Ante meridiem advenit Rubens, patefecit portam et tironibus³¹ circum se collectis³² perdiu sine voce spectabat picturam.

Dein leniter,³³ quasi secum locutus:


— Profecto,³⁴ caput et brachium dextrum prosperrime cessit.³⁵

Corrector flavus, cuius nomen postea longe lateque divulgabatur,³⁶ van Dyck lacrimans surrisit.

E narratione ephemeridis «Zászlónk» latine scripsit
Z. St. Csapodi.

15 megnyugszik 16 megveszteget 17 rövid ideig 18 nyílik 19 műremek 20 elcsúszik 21 letörül 22 frissen 23 tombol 24 reggelre 25 rosszul jár 26 ingadozik 27 szöke 28 szakálltalan 29 megkísért 30 kora reggel 31 tanítvány 32 összegyűl 33 szeliden 34 valóban 35 sikerül 36 ismertté lesz.

tam procul discedit, ut filum intendatur.¹¹
Si alter in poculum loquitur, dum alter



suum poculum auri applicat,¹² verba, etiam suppressa¹³ voce¹³ enuntiata, satis magno intervallo¹⁴ audiri possunt.

Maximum¹⁵ est, ut quotiescunque loquimur, filum intentum¹¹ sit.

¹¹ megfeszít ¹² odailleszt ¹³ halkán ¹⁴ távolság
¹⁵ fődolog.



In oppido Iohannestal Schendel Germanus, unus omnium optimus aëronautarum, postquam in altitudinem 1700 metrorum euectus est, repente decidens miserrimam mortem obiit.

Certamine volandi, quod tam tristibus¹ auspiciis¹ coeptum est, aëronautae Gallici recenti gloriā aucti sunt. *Vedrines* primus fuit, qui iter mille quadringentorum chiliometrorum per Pyrenaeos montes confecit.



M. Garros. M. Vedrines.

Mackenthun praefectus² militum,² qui Bero-

lino—Hamburgum volavit, a Germanorum imperatore signo³ laudis³ decoratus est.

Praemium magnum proponebatur aëronautae illi, qui primus Parisiis per Augustam⁴ Taurinorum⁴ Romam volaturus esset.


¹ baljólátok között ² katonatiszt ³ rendjel ⁴ Torino

Inter complures competitores⁵ Beaumont primus Romam attigit, ubi triumphanti similis exceptus est.

Quaroz aëronauta, qui in Brasiliae urbe Sao Paulo monoplane subvolans decidit, mortuus est.

Iaponia quoque luctum habet: Tokusava et Ito, militum² praefecti,² ex altissimo delecti una cum aëroplano perierunt.

⁵ versenyző.



Certamina gymnica discipulorum Budapestinensium omnibus¹ faustissimis¹ procedebant:² sex milia athletarum iuvenilium sub scholarum vexillis³ ad⁴ classicum⁴ incedentes⁵ in palaestra⁶ ab ingenti multitudine spectantium clamoribus⁷ laetissimis excipiebantur. Ludi carmine⁸ patrio⁸ inchoati⁹ sunt, tum sequebantur exercitationes liberae, quae dicuntur.¹⁰ Hae consensu¹¹ et¹¹ una¹¹ voce¹¹ laudantium approbatae sunt. In saliendo¹² victores¹³ discesserunt¹³ discipuli scholae realium II. regionis,¹⁴ quibus etiam vexillum donaticum¹⁵ archiducis¹⁶ Augustae obtigit; in natando¹⁷ gymn. III. reg. discipuli, in currendo discipuli VII. reg. gymn. evang. victoriam¹⁸ consecuti¹⁸ sunt. Multi discipulorum nummos¹⁸ argenteos aëneosque¹⁹ signa honoris acceperunt.


Prope Berolinum in oppidulo Zehendorf birotarum²⁰ certamen instituebatur, ubi unus competitorum,²¹ nomine Theile rotā decidit, qui a subsequente obtritus²² est. Theile paulo post osse²³ pectorali²³ eliso²⁴ exspiravit.²⁵

Immoderatarum²⁶ exercitationum²⁷ gymnicarum²⁷ tristis victima²⁸ factus est Michael Csipcsala, discipulus scholae mercatoriae,²⁹

¹ kedvező jelek között ² lefoly ³ zászló ⁴ zeneszórá ⁵ vonul ⁶ versenypálya ⁷ nagyon lelkesen ⁸ himnus ⁹ megnyit ¹⁰ az ügynevezett ¹¹ egyhangú lelkesedéssel ¹² ugrás ¹³ győz ¹⁴ kerület ¹⁵ tiszteleti ¹⁶ főhercegnő ¹⁷ úszik ¹⁸ érem ¹⁹ bronz- ²⁰ birola, aé kerékpár ²⁴ versenyző ²² legázol ²³ mellkas ²⁴ bezúz ²⁵ meghal ²⁶ túlzott ²⁷ sport ²⁸ áldozat ²⁹ kereskedelmi

qui quamquam non plus septemdecim annos natus, pro litteris totus se corporis exercitationibus dedit. Veniā³⁰ a publicis³¹ impetratā amicis aliisque spectantibus de ponte praeceps³² in flumen Danuvium insiluit. Et adolescens infelix, natandi peritissimus aquis haustus³³ est. Subito quodam sanguinis³⁴ ictu³⁴ correptus esse videtur. Corpus, quamquam diligentissime inquiritur, nondum inventum est.

³⁰ engedélyt kap ³¹ rendőrség ³² fejest ³³ elmerül
³⁴ szélhűdés.



Porphirius Diaz, Mexicanis Civitatibus Unitis praefectus,¹ dissensionum civilium pertaesus² magistratu summo se abdicavit, immo iam patriam reliquit in Hispania domicilium³ collocaturus.³

In urbe Rimaszombat viri, mulieres liberique in⁴ aperto⁴ convenerunt temporis verni⁵ suavitate⁶ gavisī, cum repente pars liberorum fulmine tacti⁷ sunt: puella una mortua, duo pueri commotionem⁸ cerebri⁸ nacti sunt.

Romae pr. Non. Iun. statua regis Victoris Emanuelis II. revelata⁹ est. Haud unquam hāc statuā sumptuosior¹⁰ ulla fabricabatur, quia serie¹¹ annorum usque ad hunc diem trecenties¹² septuagies¹² centena¹² milia¹² consumpta sunt. Sollemnibus dedicationis¹³ vexilla legionum Italicarum in magni regis honorem ante statuam submittebantur.¹⁴ Rege iubente, qui sollemnibus, avo¹⁵ institutis, cum proceribus¹⁶ regni aderat, inter tormentorum¹⁷ fragores¹⁷ atque ingentissimae multitudinis clamores laetissimos velum¹⁸ de statuā decidit.

Parisiis revelata est statua Pauli Verlaine, poetae clarissimi. Memoria viri orationibus grandissimis¹⁹ celebrata est.

Novum gymnasium in urbe Csikszereda aedesque²⁰ discipulis²⁰ alendis²⁰ dedicata sunt

coram quinque milibus cuiusque generis hominum, in quibus et Mailáth comes, episcopus erat, qui scholam consecravit.

In urbe Marosvásárhely novum gymnasium Calviniorum ab episcopo Kenessey consecratum est, qua occasione eadem²¹ sacra²² colentium²² maxima multitudo ex omnibus regni partibus convenerunt. Ossa Ioannis Bolyai, magistri quondam²³ gymnasii, artium mathematicarum peritissimi, eruta²³ splendidius condita²⁴ sunt.

Mauritius Rouvier rei publicae Gallicae senator, princeps²⁵ quondam curatorum²⁵ rei publicae, annum agens septuagesimum Parisiis mortuus est.

Res publica Mexicana terrae motu gravissime affecta est. Multitudo hominum mortui esse nuntiantur, quorum numerum inire²⁶ difficillimum est. Terrae motū homines excurrerunt, sed quia lumina²⁷ publica²⁷ extincta erant, in terrae hiatus,²⁸ qui tum oriebantur, multi inciderunt. Mille peregrini in urbe fuisse dicuntur, ut novum rei publicae praefectum¹ intrantem viderent.

¹ elnök ² megúnva ³ letelepszik ⁴ a szabadban
⁵ tavaszi ⁶ kellemesség ⁷ sujt ⁸ agyrázkódás ⁹ leleplez
¹⁰ drága ¹¹ sor ¹² 37,000.000 ¹³ felavatás
¹⁴ lebocsát ¹⁵ nagytya ¹⁶ előkelők ¹⁷ ágyudörgés
¹⁸ lepel ¹⁹ magasztos ²⁰ internátus ²¹ hitsorsos
²² egykor ²³ kiás ²⁴ eltemet ²⁵ miniszterelnök ²⁶ megállapít
²⁷ utcai lámpa ²⁸ szakadék.

Quo vadis? VIII.

Ad fabulam *Henrici Sienkiewiczii* latine scripsit *Adalbertus Danczer*.

Vinicius illa nocte nullo modo somnum capere poterat. Postquam Petronius alique convivae iam discesserunt, cum aliquot servis multa¹ nocte¹ furibundus² ad Lygiam quaerendam se domo proripuit. Quamquam nulla spes puellae inveniendae ostendebatur, tamen ut curas pelleret, cum servis vicus atque remotissimas urbis partes perscrutabatur³ et tantum primo⁴ diluculo⁴ domum reversus est. Pransus atque lavatus in Palatium vectus est, putans se aliquid de Lygia auditurum.

— Salve tribune nobilis — salutavit eum centurio ante portam Palatii stans. Si ad

¹ késő éjjel ² dühöngve ³ kutat ⁴ virradatkor



Caesarem salutandi causa venis, haud opportunum⁵ tibi tempus elegisti.

— Cur? — interrogavit tribunus perterritus.

— Diva et parva Augusta heri morbo correptae sunt. Caesar et Poppaea Augusta cum medicis undique convocatis vigilantes lecto filiolae assident.

Vinicius, qui sic quoque anxio et sollicito⁶ erat animo, nunc ad Acten se contulit. Vix libertam Neronis exspectare potuit, quae in aegrotis curandis⁷ erat occupata. Tantum ad meridiem cum illa colloqui poterat.

— Acte, ubi est Lygia? — clamavit tribunus, cum liberta conclave⁸ intraret.

— Hoc et ipsa a te quaerere volui — respondit Acte, — quae vix animum iuvenis, acerbissimo dolore iraque affectum consolatione⁹ lenire⁹ poterat, quamquam iureiurando¹⁰ confirmabat Lygiam neque a Caesare, neque ab Aulo aut Pomponia abreptam esse.

Simul exposuit¹¹ ei, in quantum periculum Lygiam adduceret, si illam nunc operā¹² Caesaris anquirere vellet, cum nutrix¹³ filiolae principis affirmasset, parvulam fascinatam¹⁴ esse oculis puellae peregrinae, quae in horto cum Acte ambulavisset.

His auditis Vinicius tristis et desperatus Actae valedicens iam discedebat,¹⁵ cum in atrio Pomponiam Graecinam maestam¹⁶ ac veste lugubri indutam conspexit.

Iuvenis pudore¹⁷ suffusus¹⁷ et capite demisso ante Pomponiam constitit neque se commovere quidem potuit, mox autem animo¹⁸ collecto¹⁸ atrium reliquit...

Per porticus magna multitudo senatorum et equitum tumultuabatur,¹⁹ qui salutem parvae principis filiae percontandi²⁰ causā in Palatium venerant. Hic in magno tumultu convenit etiam Petronium, cum quo lecticam ascendit.

Petronius iuvenem paulisper consolaturus, se omnes servos ad portas misisse ei affirmabat, qui caverent,²¹ ne puella aut servus eius fidelissimus urbe evaderet. Sed omnia frustra,²² donec postero die Petronio gaudium necopinatum²³ nuntiatum est. Per servum²⁴ enim atriensem²⁴ certior factus est, esse inter servas, cuius auxilio Lygiae vestigia²⁵ pervestigari²⁶ possent.

Eunice erat formosissima²⁷ Petronii serva

eademque nobilissima inter omnes totius Romae vestiplicas,²⁸ quae Graecum norat²⁹ versutum³⁰ et callidum,³⁰ cui nomen erat Chilon Chilonides: medicinam exercebat et philosophiam et vaticinationem.³¹

Postero die Vinicius iam primo mane aderat. Advenit Graecus quoque, qui per Eunicen in atrium accessit³² erat.

Petronius viro conspecto vix risum comprimere³³ potuit. Chilon enim non erat natu³⁴ grandior,³⁴ in barba inculca³⁵ vix canus³⁶ capillus cernebatur, sed venter collapsus,³⁷ tergum incurvum,³⁸ singulari³⁹ magnitudine caput conspicua⁴⁰ erant. Corporis habitus⁴¹ cultusque⁴¹ egestatem⁴² prae se ferebat. Tunicam pullam,⁴³ e pilis⁴⁴ caprinis⁴⁴ textam⁴⁵ et pallium pannosum⁴⁶ corpore gestabat.



5 alkalmas 6 izgatott 7 ápol 8 szoba 9 vigasztalással enyhít 10 eskü 11 kifejt 12 segítségével 13 dajka 14 megigéz 15 távozni készült 16 szomorú 17 mélyen elpirulva 18 összeszedi magát 19 hullámszik 20 tudakol 21 ügyel 22 hiába 23 váratlan 24 kapus 25 a nyom 26 felkutat 27 szép 28 az a rabszolgaéány, aki a togát a divat szerint ráncolta 29 noverat 30 agyafúrt 31 jóslás 32 elhivat 33 elfojt 34 öreg 35 gondozatlan 36 ősz 37 beesett 38 meggörbült 39 páratlan 40 feltűnő 41 magatartás és viselet 42 nyomorúság 43 sötét 44 kecskeszőr 45 szó 46 rongyos.



Quidam birotā¹ vectus anserem rustici obtrivit,² qui animalis pretium, tres coronas poposcit.

1 kerékpár 2 elgázol

— Dabo tibi duas coronas, anser autem tuus esto. Convenit?³ — respondit alter. Sed rustico adversante⁴ iudicem adierunt, qui hanc sententiam⁵ tulit:

— Rustice, tres coronas poscis. Ecce duae coronae birotarii,⁶ unam autem ego tibi do; sunt tres. Abeas. Tu vero, birotarie, iam duas coronas solvisti, abeas. Anser autem, quem unius coronae pretio emi, meus esto. Bene est.

I. Gyurovics.

³ tetszik ⁴ ellenkezésére ⁵ ítélet ⁶ kerékpáros.


Vivant vacationes!

Laeta sunt tempora! Valet socii!
Lusus, quies, otia,¹ Maiores et maximi,
Nostra sunt solatia.² Parvuli et minimi.

Finis est hodie Cras est valedictio!³
Scholarum et secundae, Posthac occupatio!⁴
Pensi et grammaticae. Cessabilis et lectio.⁶

Vivat noster primus,
Secundus et tertius
Imo⁷ miser ultimus!

¹ pihenés ² vigasztalás ³ búcsu ⁴ munka ⁵ szünetel
⁶ lecke ⁷ sőt.



I.

Vocabulum constat e syllaba duplicata, quae malum hominem trium litterarum significat. Totum est cibus sui¹ gratus.

V. Marian.

II.

L. Poič.


n	i	b	i	n	c	r	o
o	p	a	t	D*	s	s	o
g	d	s	a	a	i	t	t
c	n	s	a	i	i	d	c
e	a	o	p	m	e	c	c
a	e	e	n	i	d	r	u
p	d	o	u	r	r	o	o
t	r	o	n	d	m	m	e

III.

Est arbor frugifera in horto, est altus in navi, si litterā brevī pronuntias,² est etiam homo.

C. Tert.

IV.




1 sus 2 kiejt.

Solutiones aenigmatum numeri 19.

I. Defectio solis. — II. Viginti duos annos natus sum. — III. Adversus. — IV. Sit piger ad poenas princeps, ad praemia velox. — V. 21217 incolae habit. — VI. Sol. — VII. In girum imus nocte et consumimur igni. — VIII. Ut sementem feceris, ita metes.

Aenigmata recte dissolverunt: F. Barabás, L. Chevalier (Burdigala), St. Erdélyi, Gisella Flatt, A. Guiselle, D. Hámos, R. Jaross, F. Kollegger (Leoben), E. Lambert (Parisi), A. Leuthold (Vindobona), S. Marosy, C. Nánásy, A. Révffy, B. Szathmáry, I. Szendefi, L. Závodszy, I. Gyurovics, E. Haas, N. Szegedy, fratres Totis, St. Wladimir, I. Maria Meunier (Corbiaci), F. Seidl (Graetium).

Praemium Andreae Révffy adiudicatum est.



Officium administratoris inde ab hoc tempore erit: Budapest, VIII., Szentkirályi-utca 28, quo pecuniae quaecunque dirigantur; moderatoris idem erit, quod adhuc fuit.

Ioannes Sz. et Ioannes Gy. Tuum tarde mihi traditum est. — Constantinopolis. «Ganza» mihi non videtur vocabulum Latinum esse. — D. F. Pulcherrime res delineasti, sed haud crediderim quemquam inveniri, qui eas dissolvere posset. — N. Szegedy. Tuo simillimum iam vulgabatur. — E. Haas. Tuae litterae administratori traditae sunt. Quid sit «deverbalis», nescio.

Sumptibus moderatorum ephemeridis: Magyar Középiskola.